



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Rvperti Abbatis Monasterii Tuitiensis, ordinis sancti  
Benedicti, Theologi antiqui ac plane clarissimi, in Cantica  
Canticorum de incarnatione Domini commentario[rum],  
libri VII**

**Rupertus <Tuitensis>**

**[Köln], 1527**

**VD16 B 3703**

Quo abiit dilectus tuus o pulcherrima mulierum? Quo declinavit dilectus tuus & quærimus eum tecum? Dilectus meus descendit in ortum suum ad areolam aromatis, ut pascatur in ortis & lilia colligat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34445**

RVPE. IN CANT. CANT. CA. V.

Ioan. I.

Luc. I.

tudine huius accepit, sicut & omnes alij. Talis, inquam, est dilectus meus, & ipse est amicus meus, & prius amicus quam dilectus meus. Prior enim ille me amavit: & respexit humilitatem ancillæ suæ amicis oculis, & hinc illum ego dilexi, quia magna fecit mihi, magna inquam, quæ vere sunt amici. Hoc autem nunc agitur, ut uester quoque dilectus sit, & ut sciatis uel cognoscatis iam ex parte, quæ uere diligendus & totus desiderabilis sit, quæ dixistis, qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adiurasti nos.

CA. VI.

¶ Quo abiit dilectus tuus o pulcherrima mulierum? Quo declinauit dilectus tuus & quærimus eum tecum? Dilectus meus descendit in ortum suum ad areolam aromatis, ut pascatur in ortis & lilia colligat.

¶ Ergo o dilecta & dilectarum dilectissima, non quasi ignorans, quo abisset dilectus tuus dixisti filiabus Hierusalem, adiuro uos, si inuenieritis dilectum meum, nam ipsæ potius ex te descendendum existimauerunt, & tu doces eas, ubi nam inuenire deberent illum. Quare autem non dixisti, dilectus meus ascendit in cælum: sed dixisti, dilectus meus ascendit in ortum suum. Videlicet quia non adhuc infidelibus, sed iam fidei libus loqueris, scilicet filiabus Hierusalem, quæ nec ueraciter dici possent filia Hierusalem, si non haberent fidem: nisi dilectum surrexisset atque in cælum iam ascendisse credidissent. Hoc autem scire illas oportebat ad perfectionem fidei, quod licet ascendisset in cælum, & sederet

ad dexterā patris: nihilominus tamen hic remā-  
 sisset præsentia maiestatis, præsentia uel gratia si  
 ue operatione diuinitatis inuisibili, quemadmo-  
 dum dicit: Ecce ego uobiscum sum omnibus die-  
 bus usque ad consummationem seculi. Igitur di-  
 lectus meus descendit in ortum suū ad areolam  
 aromatis, ut pascatur in ortis, & lilia colligat, id  
 est, hic perseverat nobiscum, quo semel descen-  
 dit, ut faceret uoluntatem patris sui, quod est pa-  
 sci in hortis, quemadmodum dicit: meus cibus  
 est, ut faciam uoluntatem patris mei: & ut ele-  
 ctos suos congregaret ad se, quod est lilia collige-  
 re, quemadmodum quidam de præcipuis amico-  
 rum dicit de hoc ipso dilecto, quia moriturus e-  
 rat pro gente, & non tantum pro gente, sed ut si-  
 lios dei, qui erant dispersi, congregaret in unū.

¶ Cum hæc ita sint, non ita uobis dictum arbi-  
 tremini filiæ Hierusalem, adiuro uos, si inueneri-  
 tis dilectum meum, ut annuncietis ei, quia amo-  
 re langueo, tanquam hinc abierit, & hic nullo modo  
 inueniri possit, quia deus & dominus est, qui ubi-  
 que est, & omnia implet, quemadmodum sapi-  
 ens cognitor eius dicit. Ergone putandum est, quod  
 deus habitet super terram? Si enim cœlum, & cœ-  
 li cœlorum capere te non possunt, quætomagis do-  
 mus hæc quam ædificauit. Quis secundum uisi-  
 bilem præsentiam hic non sit, quis humanam for-  
 mam in cœlum leuauerit, eamque nubes susce-  
 pit ab oculis nostris, tamen hic intra uos est, &  
 uos illi estis areola aromatis, & ipse pascitur in  
 uobis, & uos estis lilia quæ colligit.

Matt. ult.

Ioan. 4.

Ioan. 11

3. Reg. 8.

Act. 1.

¶ FINIS LIBRI QVINTI.

M 3